

60 *Quomodo Adā in nobis mori* CAP. 7.
versionē in nobis operetur. Quis enim
charitatē nobis dabit, nisi qui est ipsa
charitas, quis misericordiam, nisi ipsa
& essentialis misericordia? Manet ergo
soliis Dei ope hæc cōfici, humanis au-
xilijs nihil conferentibus. Quantum
vero malitiæ & corruptelæ homo per
Adami apostasiam contraxit, tantum,
imo amplius nobilitatis & bonitatis
in Christo recuperavit; prout pluribus
docebimus cap. XI.

CAPITULUM VII.

AD POENITENTIÆ NATURAM
rectè cognoscendam, scire oportet di-
scrimen veteris & novi hominis, sive
quomodo Adam & vetus homo in no-
bis mori, & Christus vel nov⁹ homo
in nobis vivere debeat.

Rom. 6. *Hoc scientes, quia vetus ho-
mo noster simul crucifixus est, ut
destruatur corpus peccati, ut ul-
tra non serviamus peccato.*

Quilibet Christianus, duplex est,
sic ut in illo duo homines adver-
sarij cum suis fructib⁹ invenian-
tur, ut ex Tabella hac innotescit

Adam,

Christus,

Homo